



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Tractatus III. De Contractu Cambij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

redimendi, sed eo, quod cum hoc iure uti nolis (verè enim redimere non vis) ita dolose agis, ut ejusmodi dolus det adequatam causam contractui. Quod autem, quando dolus contrahentis dat causam contractui, invalidus sit contractus, est doctrina communis, & nos illam explicamus l. 8. *Dol. tr. 3. §. 1. n. 15.*

3. Addit Ioannes Delugo l. c. Thomam Sanch. Lessl. Catr. Dianam apud eundem Delugo, aliosque fortasse concessuros, ita fingentem non obligari ad restitutionem, explico: Quæri solet, an metus de malo, quod iure alicui infligi potest, irritet contractum; V. g. An, si tu sine animo exequendi commiseris accusare, vel punire Petrum de delicto ab eo commisso, iuste possis accipere proportionatam pecuniam, quam ipse tibi solvat, ne illum accuses, vel punias? Et prædicti quidem Doctores respondent, iuste posse, validamque esse solutionem, & iustam, quia satis editur iuri suo, qui, cum possit, in tui gratiam subit onus privandi se illa potestate, quam antea habebat; quam doctrinam probabilem esse facit n. 168. ipse Delugo, licet ipse cum Bonacina, & Molina illam non sequatur. Cum igitur Doctores prædicti id teneant in hoc casu de accusatione, ideo Delugo dixit, idem fortasse eos esse putaturos de prædicta comminatione Redemptionis census.

4. Ego nihilominus constanter assero, eos non idem putaturos. Ratio est, quia aperta apparet adesse disparitas, nam, qui fingit velle accusare, potest accusare, licet animam accusandi non habeat. Hanc igitur potentiam vendit; quare hic contractus non fundatur in dolo, sed subsistit in hac potentia, quæ venditur: At, qui fingit velle redimere, cum redimere verè nolit, vel non possit, nihil vendit, & nihil promittit: ex alia verò parte, ejusmodi contractus diminutionis census inicitur totus, ut dictum est in dolo, ergo, &c. Quod si cum posses, velles, jam non esset fictio, unde, nec iniustitia, &c.

CAPVT VII.

An à Montibus, qui vulgò nominantur Vacabiles, vel non Vacabiles, iuste emanant Censūs, vel Pensiones annuæ?

1. Præmittendum est primò, huiusmodi Montes sic solere constitui, Principes, vel Domini, vel Civitates ex Gabellis, Fructibus, seu Iuribus suis solent singulis annis colligere certam quandam summam, seu redditus, quo omnes, vel certam partem, dicti Principes, vel Civitates constituent aliis vendere: quare dividunt summam in varias partes, nimirum in decem, viginti, triginta, &c. ut sic huiusmodi redditus vendi facilius multis possint. Tota ergo hæc summa annuorum reddituum reposita pro pensionibus solvendis iis, qui emunt, vel emerunt, dicitur Mons: ipsi autem annui redditus vocantur Montes, qui aliquando denominantur à re, supra quam pecuniæ accipiuntur, ut Mons Farinæ, Mons Carnium, Mons Vini; aliquando ab eorum Institutore, ut Romæ adest Mons Pius, Mons Sixtus, Mons Iulius; aliquando à causa, propter quam fuerunt instituti, ut Mons Pacis, Mons Finis, &c.

Nota, singulas portiones, & pensiones horum reddituum appellati loca Montium, & eos, qui illas emunt, vocari Emptores locorum Montium.

2. Præmittendum secundò: Aliquos ex his dici Montes irredimibiles, quia empti sunt cum pacto, ut redimi non possint; aliquos redimibiles, quia Princeps, seu Dominus potest eos redimere, reddendo pecuniam capitalem iis, qui loca Montium emerunt: rursus, aliquos dici Montes non Vacabiles, cum non pereant obitu ementis illos, sed transeant ad hæredes; aliquos Vacabiles, seu temporales, quia obitu Emptoris vacant; neque enim ad hæredes transeant, sed redeant ad Principem, seu Dominum.

3. Præmittendum tertio, hos Montes, ut ex eorum explicatione cognovisti, nihil aliud esse, nisi speciem census, sive perpetui, sive vitalitii, sive alterius conditionis ex iis, quos supra initio huius Tractatus explicuimus; si eiem, inquam, nam fundantur in Gabellis, iuribusque fructiferis, ut modò dixi numero primo: cum cæterum census in genere possint fundari super alia quæcunque bona fructifera, modo, quo, supra, cap. sexto, §. præfinitum 3. n. 2. explicatum est.

4. Quare, si ponas, aliquem Montem carere bono fructifero, ille sanè illicitus omnino erit; Nam pensio, quæ annuatim recipiatur, esset merum lucrum ex mutuo, quæ ipsissima est usura, nisi aliunde ex damno emergente, vel lucro cessante, vel simili titulo justificaretur, ut justificari supra, tr. 1. de Mutuo, & Usura c. 3. §. 9. diximus Montes Pietatis, & rectè notat in Montibus, de quibus hic loquitur, Delugo, d. 45. de Iust. num. 198. & num. 203.

5. His ad cognitionem Terminorum præpositis, assero, Montes esse licitos, sed, ut liciti sint, requirere conditiones quatuor. Prima est, ut redditus, seu loca supra quæ fundantur pensiones, verè existant. Secunda, ut supra ejusmodi redditus nequaquam imponantur plures pensiones, quàm ipse Mons contineat. Tertia, ut, si Mons pereat, pereant etiam pensiones, & loca: Si verò Mons pereat ex parte, etiam ex parte pereant pensiones, nam, ut supra vidimus, pereunte re, perit census, seu lus in eo constitutum, præscindendo ab aliquo iusto pacto, ut ex supradictis satis patet. Quarta, quæ certè est præcipua, quæque etiam colligitur ex supradictis, ut, quando Montes sunt vacabiles, dentur majores pensiones, seu loca, quàm quando sunt non vacabiles, seu perpetui, & ita sanè fert consuetudo, ut vacabiles emanant ad rationem novem, decem, & alicubi duodecim pro centum, non vacabiles verò ad rationem quinque, vel quinque cum dimidio.

6. Iam verò his conditionibus vallatis hos Montes licitos esse, manifestè probatur, nam sunt, & ipsi, quidam census. Quemadmodum ergo in censibus emitur lus percipiendi annualem pensionem, ex bonis fructiferis alterius, ita, qui ejusmodi loca emunt, lus emunt percipiendi annuam pensionem ex bonis, & Iuribus fructiferis dictorum Montium.

7. Adverte, eos, qui emerunt dicta Montium loca, posse aliis ea vendere pluri, vel minoris, quàm ipsi emerunt: Emerunt, verbi gratià, aureis centum, sed vendere possunt centam, & quindecim, vel nonaginta: nempe, quia sequuntur naturam aliorum censuum, qui, modo, quo superius, cap. 3. §. 2. à num. 9. docuimus, iuste pluri, vel minoris venduntur, quando concurrunt plures, vel pauciores Emptores, unde crescit, vel decrescit pretium, vel quando similes circumstantiæ pretium rei vendendæ, vel augent, vel diminuunt. Atque hæc de censibus satis.

TRACTATUS III.

DE

CONTRACTU CAMBIL.

CAPUT PRIMUM.

Quid sit Cambium?

1. CAMBIUM, ut hic accipimus, est Permutatio unius pecuniæ cum altera, sicut cambire in universum nihil aliud est ex Tiraquello de retractu, lib. 1. cap. 30. init. nisi Rem cum re permutare. Ex Aristotele autem pr. phys. cap. 6.

triplex

triplex est permutatio. Prima, rei cum re, ut, si dem vinum pro frumento; & hæc dicitur absolute permutatio. Secunda, pecunie cum re, ut, si aurum pro vino; & hæc dicitur emptio, & venditio. Tertia, pecunie cum pecunia, ut, si dem auream pecuniam pro argentea, vel etiam pecuniam præsentem hic, pro alibi existente, & hæc permutatio vocatur cambium.

2. Hinc vides, rectè docere Aristotelem l. c. & S. Th. 2. 2. q. 78. art. 1. & cap. 14. de Regim. Principum, Pecuniam alium usum esse primum, atque hunc esse, ut sit aliarum rerum pretium. Alium, esse secundarium, minusque principalem, cumque esse, ut possit permutari, emi, vendi, commodari; Cujus posterioris usus ratio est manifesta, quia aurum, & argentum non relinquunt naturam suam, suamque æstimabilitatem materiæ ex eo, quod per consensionem gentium sint in pretium aliarum rerum instituta.

3. Quæres: In quo genere contractuum est numerandum cambium?

Respondeo: Aliqui volunt referri ad contractum permutacionis; permutatur enim pecunia, v. g. Aurea cum argentea, vel pecunia præsens cum absente: Aliqui ad contractum innominatum, do, ut des: Aliqui ad contractum emptiois, & venditionis; Emitur enim una pecunia pretio alterius: Aliqui ad contractum locationis, & conductionis, nam Mercator, v. g. locat alteri industriam, & operam suam, quâ transfert pecuniam ex uno loco in alium, vel quâ conquirat pecuniam, scilicet argenteam, ut possit dare pro aurea, &c. Omnes hi profectò loquuntur suo modo probabiliter. Sed nihilominus, semper debere servari æqualitatem inter datum, & acceptum.

CAPVT II.

Quotuplex sit Cambium Reale?

1. Reale dico; nam siccum, cum contineat meram usuram, non est à nobis explicandum, sed expellendum: Siccum autem appellatur, & est illud, quod fingitur esse reale, cum non sit; fingitur enim commutari pecunia cum alia, sed verè non commutatur: Sicut fingitur aliquando fieri solutio in alio loco, cum tamen fiat in loco, ubi datur: Et meritò appellatur siccum, quasi sterile, & carens humore, quia non habet justum titulum, unde lucrum afferendum sit, Ita Mol. d. 368. num. 6. Less. l. 2. c. 23. n. 5.

2. Porro Cambii Reales tres invenio Classes. Prima, continet Cambia minuta, id est, quando mutatur pecunia major cum minori; pulchra cum deformi; nova cum veteri; vetita cum legitima; usualis in hac Provincia, cum usuali in alia Provincia, & hoc vocant aliqui ex Valentia 1. 3. in 2. d. 5. q. 23. p. 1. purum, seu simplex Cambium, seu etiam manuale, quia de manu ad manum fit, idque in eodem loco regulariter.

3. Secunda Classis continet Cambia per litteras, quæ vocantur etiam Cambia localia, id est, quando præsens pecunia commutatur cum absente. Quod Cambii genus, cum fiat per litteras communiter, à literis nomen accipit.

4. Tertia Classis ad Cambia per litteras addit unam quandam circumstantiam peculiarem, id est, quod soleat fieri ejus solutio in quibusdam Nundinis, nam propterea vocatur Cambium ad Nundinas. Vocatur item aliquando Cambium cum Recursa, & Cambium cum Recambio, id, quod paulò post explicabitur latius.

5. Hinc, ne in vocibus hæreat, nota ex Lupo comment. 3. de usur. §. 3. num. 49. illum, à quo petitur Cambium, appellari Campforem, Numularium, Argentarium, Mensarium, Bancarium, Trapezitam, & Collybistam (Collybus enim significat propriè illud detrimentum, quod Numularius patitur ex permutacione

pecunie, ob quod meretur compensacionem, ut etiam Collectarius à colligendis impostis, ut apparet lege quâvisquam, §. Si certum petatur. Qui Cambium accipit, accipitque pecuniam, & sic lucrum alteri ex Cambio accepto dat, dicitur Camplarius, sumptuosus, quando ab aliis similibus, in quibus, qui, & g. accipit, dicitur Donatarius, qui mutuum, Mutuarius, discurremus.

CAPVT III.

De Cambio Minuto.

§. I. An pro hac Cambio liceat lucrari?

1. Pro Cambio minuto licet posse moderatum lucrum acquiri à publico Numulario, jam dictum communis est nunc opinio Covar. de cella. Num. 1. n. 4. Less. l. 2. c. 23. n. 7. Mol. d. 399.

Ratio est in promptu, quia in illo jussu aditum unde quis exigere possit ejusmodi lucrum, non habet Delugo disp. 28. de Inst. a num. 8. & ut tenent, modo sæpius erit mox in similibus à nobis repetendum, qui capibunt, seu qui cambiis dandis operam suam coguntur facere expensas, pericula subeunt, laborant in conquirendis, asportandis, congerendis, conservandis pecuniis varii generis: tenentur etiam numerum, & dictas pecunias permutare, quando sunt Ministerii publici ad hoc deputati, alia item mercimoniæ detinent officinam conducunt, Reipublicæ servant, in locum aliquando pecuniam non asportant, unde fignale plus valeret, &c. Ex quibus omnibus, vel singulis fit, ut officio ipso cambiendi, aliquod moderatum lucrum accipere, æquum sit.

2. Moderatum autem erit id, quod sine ullo lucro receptum est (sine fallacia tamen, & sine vi) si Principe est constitutum: Sive (si, nec ulus, nec Principis adit taxa) id, quod à prudenti viro, considerans omnibus prædictis circumstantiis, præsertim utilitatem, vel paucitatem perentium, vel donantium ad Cambium judicatum fuerit. Ita Tol. lib. 5. c. 51. o. Terrib. in summa, 2. p. c. 105. n. 2.

PRIMA DIFFICULTAS.

§. II. An privatis lucrari ex Cambio minuto liceat?

1. Dico, licere, teste Lessio loc. cit. d. 2. num. 1. lūm Ministris publicis, ut modo vidimus, verum etiam hominibus privatis aliquid moderatum, & exiguum lucrari, multò magis, quando in permutacione se aliquo commodo quis, vel emolumento privatur. Quare, si tibi dem pecuniam pretiosam, pulchram, splendidam, magnam, antiquam, ratam, tradideris mihi minutam, deformem, æream, possis aliquod moderatum recipere. Sicut, si tibi dem pecuniam aptam ad deaurandum Calicem, tu vero des mihi auream, sed non ita aptam, possis aliquid lucrum habere. Ita Sylvest. de usur. §. 1. quia illa aptior est pretio æstimabilis. Moderatum autem dico illud, quod vel Iudicio prudentis, vel usu ipso, vel aliqua lege constitutum sit.

2. Quid, si prohibitum alicubi sit, ne privatis hæc minuta Cambia exerceant?

Respondeo: Licet aliqui doceant, tunc res perit mortaliter, si lucrum accipiant, & ad restitutionem tenentur: tamen probabilius est, nec teneri ad restitutionem, nec peccare mortaliter: Non teneri ad restitutionem, nam, ut docet Molina disp. 399. Lessius loc. cit. num. 17. non potest assignari, quinam restituere teneantur; non enim tenentur restituere illis, cum quibus permutant, quia non plus ab eis receperunt, quam eis

nibus expensis, valeat pecunia, ut supponimus, nec Reipublicæ, nec alteri, quia hæc, vel alter nullum damnum passi sunt; ergo cum aliud assignari nequeat, nulli restituendum est. Nec peccant mortaliter, ut habet idem Mol. loco citato, quia, si damnum alteri non faciunt, unde nam (propter aliquam venialem inobedientiam) habetur peccatum mortale?

3. Ex dictis num. 1. Illud discrimen collige inter Ministros deputatos ad hoc officium, & inter non deputatos; nam hi non possunt tantum pretium exigere, quantum Ministri ex officio deputati? Qui enim tenentur ex officio, coguntur congregare varietatem monetarum, subeunt pericula, expensas, labores, &c. quæ, saltem omnia, & necessariò, non subeunt non deputati.

4. Cælestinus T. de Cambiis, cap. 2. existimat, tantumdem posse exigere eos, qui sponte exercent Campsariam, quantum qui ex officio, in locis, in quibus pretia dictorum minorum cambiorum, jam sunt constituta, sive ex taxa Principis, sive ex usu recepto. Cujus doctrinæ ratio esse possit, quia tunc jam pretium Cambii in foro est commune, atque adeò iustum pro omnibus exercentibus Campsariam. Quare si idem usus etiam esset inter homines privatos, qui talem artem ex officio, sive voluntario, sive à Republica injuncto non exercerent, profectò, & hi possent, modo dicto lucrari; sicut enim, si ratione latrociniorum auctum sit pretium frumentum, omnes possent, aucto pretio, vendere; ita in hoc casu possent privatus cambie pretio secundum æstimationem communem.

5. Hæc pro doctrina Cælestini. Verum, diligenter videndum, an ejusmodi usus universaliter adsit; ego enim ejusmodi universalem usum nondum vidi: licet enim in aliquibus Regionibus, si deputatus ex officio det tibi unum, verbi gratià, tarenum argenteum, soleat à te pro suo lucro unum, verbi gratià, gradum Siculum acquirere, non tamen acquirere simile granum solet, si tu des illi tarenum argenteum, ille verò grana tibi reddat ærea. Multò minùs ergo Privatis aliter facere licebit.

6. Quæres: An licitum sit nummulario cuicumque permutare pecuniam hic Panormi, v. g. ut alibi, v. g. Neapoli. aliam minutam, vel ibi usitatum recipiat, sed ita, ut acquirat lucrum, non ad rationem lucri Cambii per litteras, de quo mox, sed ad rationem lucri, quod ex tali minuto Cambio conquiri solet?

Respondeo, cum Caiet. in opus. de Cambiis, cap. 6. licere, nam hoc lucrum ex minuto Cambio solet esse minus, quam illud ex Cambio per litteras, nec loai distantia reddit illicitum, quod ex se licitum est.

SECUNDA DIFFICULTAS.

§. III. De Cambio, additâ pecunia custodiâ.

1. Hæc etiam id reducitur, nam dum deponitur aliquando pecunia apud Mensam, seu, ut Panormi consuevimus loqui, apud Tabulam, redditur deinde non eadem n. sed alia, unde videtur esse quoddam Cambium, quod Cambium custodiæ appellant nonnulli. De hoc igitur difficultas est: An Tabularii possint lucrum aliquod ex tali custodia recipere?

2. Respondeo: Si sint Ministri ad hoc ex officio deputati propter sumptus, quos habent in conservandis pecuniis, in exhibendis libris, & in subeundis cæteris laboribus, licet aliquid moderatum accipere clarè colligitur ex dictis. Ita Val. l. 3. in 2.2. d. 5. quest. 23. p. 3. Lop. de contr. l. 2. c. 2. concl. 2. Lege item Delug. d. 28. de iust. à n. 61. & totam sect. 6. Verum, multis in locis nihil solvitur à deponentibus pecuniam, vel ab extrahentibus illam à Banco, vel Tabula, ne propter numerationem quidem pecuniæ, jam alicubi ejusmodi deputati ad custodiam, non sunt merè Depositarii; non enim debent reddere eandem pecuniam, sed tantumdem,

unde cum fiant illius domini, possunt illa uti ad licitas negotiationes, & sic multum lucrati. Alicubi verò restituta quædam, imò, & tota pecunia, de qua non disponit expressè is, qui illam deposuit, vel ejus legitimus hæres, attribuitur Tabulæ cum non contentendo ejusdem Tabulæ lucro. Hæc igitur, & similia emolumenta compensant laborem custodiæ, unde nihil pro illa solvi consuetum sit.

3. Quod si pecuniam custodiens sit homo privatus, potest, vel non potest lucrum aliquod accipere juxta obligationem, periculæque, quæ suscipit, compensata utilitate ex depositis pecuniis, ut habetur ex dictis.

4. Illa duo quæ sita nuper à nobis fuerunt. Primum, si quando est solvenda ratio custodiæ, à quo est solvenda, à deponente pecuniam, an à Tertio, cui fortè deponens mandavit, ut illi Tertio numeraretur? Secundum, Potestne Custos ejusmodi, quando deinde reddidit, seu solvit Domino pecuniam aliquid accipere ob laborem illam enumerandi?

5. Respondeo ad primum, solvendum esse à deponente. Ita Valent. loco citato, nam labor custodiæ assumitur in gratiam deponentis, non verò in gratiam illius Tertii, cujus justitia postulat, ut integrè ipsi solvatur, quod ei debetur.

6. Ad secundum, Respondeo, Custodem nihil posse recipere ob dictam numerationem; nam hanc suscipit in gratiam suam, ne plus solvat, quam debet. Cum autem paulò superius dixi, Nummularium posse aliquid sumere pro numerandis pecuniis, idè dixi, quia ipse subinde numerat in gratiam alterius, ut notat Lessius, l. 2. cap. 25. num. 79. & quia debet numerare multas pecunias hinc inde conquisitas, ut sit promptus ad cambiandum, non verò ob numerationem, quam exhibet, quando aliquid ipse debet.

7. Hæc responsioni ad secundam hanc quæstionem se opponit Sotus, l. 6. q. 11. art. 5. & Valent. loco citato, quatenus asserit, esse consuetudinem aliquid accipiendi ratione numerationis: unde videtur (Inquit Sotus) Republica ad id licentiam concessisse. Sed Respondeo, à Republica hanc licentiam nunquam concessam fuisse, quia Republica non potest licentiam dare non solvendi tantum, quod ex Iustitia creditori debetur; nisi, quando bonum publicum requireret oppositum, quod bonum in hac re minima non videtur adesse.

8. Nihilominus puto, sententiam Soti in eo casu mihi videri probabilem, quando Custos nihil lucri habet ex custodiâ pecuniarum. Tunc enim, licet, dum illam tibi reddit, suâ intersit reddere, quantum debet; tamen hoc totum pendet à Beneficio, quod tibi contulit, volendo tuam pecuniam sine ullo suo emolumento custodire. Cur ergo ex eo Beneficio detrimentum patiat, & tibi tuam pecuniam enumerare propriis sumptibus obligetur?

TERTIA DIFFICULTAS.

§. IV. De eo, qui ex industria cambit monetam alterius.

1. Famulus habens à Domino viginti, v. g. tarenos ut cum illis satisfaciat sui Domini creditoribus, velemat pro suo Domino vinum, oleum, &c. utitur hac industria, ut illos permutet in monetam æream cum suo lucro; accipit enim moderatum quid, unum, v. g. granum ex singulis tarenis, sibi quæ illud reservat. Quærimus, an hoc unum licitè possit retinere, posito, quod jam per monetam æream placitum Domini bene complevit, ut hic semper supponendum est.

Respondeo, post, cum Mol. d. 402. Less. loco citato, num. 18. Bonac. de contr. d. 3. quest. 5. de Cambiis, num. 3. Delug. d. 28. de iust. à num. 24. quia hoc est lucrum ejus industriæ, non enim pecunia est sicuti ager, & pecus, quæ fructus pariunt Domino, sed est ex se sterilis: quare totum

totum lucrum ex illa debetur ei, qui ponit industriam.

CAPVT IV.

De cambio per literas.

VET Campfor recipit hęc pecuniam, & alibi solvit; vel hęc solvit, & alibi recipit. Hęc duo nunc, an Campfori liceant cum lucro, investigemus.

§. I. Hic recipiens, & alibi solvens.

Dico primò, licet Nummularium, seu Campfori ex officio aliquid moderatum recipere ex eo, quod hęc pecuniam suam recipiat, & solvat alibi, siue in diversa Provincia, siue solum in diversa Civitate. Capita autem, seu tituli, unde iustificetur ejusmodi moderatum lucrum, solent merito asserti sex, vel septem, quæ si generaliter jam profero.

1. Primum, ratione officii. Secundum, ratione laborum, & expensarum parandi scilicet, vel conservandi pecuniam, domum conducendi, scribendi rationes, literasque chirographi Cambii. Tertium, ratione famularum, quem alteri Campfor praestat, dum in ejus commodum transfert pecuniam alibi, vel ibi conservat. Quartum, ratione periculorum. Et quidem quod longius distat locus, ubi solvenda est pecunia à Campfore, eo majora solent esse pericula, cum difficilius pecuniam in locum remotum, quam in propinquum transferatur; nam propterea pro Cambio in eadem Provincia minus lucrabitur Campfor, quam in diversa, juxta mox dicenda. Quintum, ratione asecurationis; Campfor enim veluti locat operam suam, qua se obligat pecuniam tutam, ac certam alibi transferre, & quidem periculo suo, nam, si pereat, in damnum ipsius perit. Ita Lessius lib. 2. cap. 23. dub. 3. Molina disp. 403. Rodericus p. 2. summa, cap. 106. num. 1. & passim. Huc sexto reducit illud, quod Campfor, vel ejus Procurator potest sumere ratione provisionis, ob operam, vel asecurationem, quam exhibet pro Campforio, de qua re dicentur aliqua inferius, & videtur interitum potest Lessius loc. cit. num. 73. Septimum denique caput, est quia saepe minor est aestimatio pecuniae propter ejus abundantiam, vel quid simile, ubi recipitur, quam, ubi solvitur, idque fortè propter ejusdem pecuniae penuriam, vel propter adventum Principis, vel propter majores expensas, quæ in loco illo distanti fiunt.

3. Si in loco aliquo sit lex justa, ne quis aliquid lucraretur ex Cambio in eadem, v.g. Provincia, esset servanda; sed non puto obligandum, ut habet Mol. d. 405. n. 9. Vide quæ supra dixi c. 3. §. 2. num. 2. ante Iudicis sententiam, ad restitutionem, cum, qui lucrum recipit, quando verè, & in conscientia Campfor praestitit obsequium dignum ex mercede, nec enim ejusmodi leges videntur, incapaces reddere Campfores hujusmodi lucri, saltem ante sententiam Iudicis.

4. Obijcies: Si Campfor accipit justè pretium, quia transfert per literas pecuniam de uno in alium locum; ergo tantum debet accipere, quantæ sunt expensæ, cum quibus transferri solet pecunia ipsa, quæ certè sunt multò majores, quam solcant Campfores ex suo Cambio per literas accipere.

Respondeo, negandam esse consequentiam, ut certè negant Molina, & Lessius loc. cit. quia illud est justum pretium rerum, quod communi aestimatione justum judicatur. Quoniam ergo ex eo, quod majores labores, & pericula, in transferenda te ipsa, & materialiter pecunia, suscipiuntur, quam per literas (quæ illud difficilius, hoc multò facilius, ut constat, exhibetur) ideo communi hominum judicio, illa major est pretii aestimatio, hæc minor, & consequenter hæc merito servatur in casu nostro.

5. Dico tertio, non solum Nummularium, sed etiam hominem privatum ex simili Cambio per literas posse moderatum quid recipere. Ita Valerius lib. 2. disp. 5. quæst. 23. part. 6. Ratio est quia in hoc, non omnia illa capita, certè adit sufficiens, nec autem debere accipere hunc privatum, quoniam ex officio, colligitur ex dictis, quia illi pecunia pita favent, quam huic, nisi tamen pro hoc præpari doctrina data paulò ante superius, cap. 3. §. 1. num. 5. & 6.

6. Dico quarto, pro hoc Cambio per literas, pretium accipi justè potest, quod juxta superius, cap. 2. §. 1. dicta hęc proportionaliter applicanda debentur taxa Principis, vel usus communis, vel judicium patetis æquum judicavit, considerata distantia, vel propinquitate loci, imò aliquando, & temporis (non quare se, & ratione solius temporis, sed per accidens, quia longius tempus plura pericula solet asserere) considerata penuria, vel copia pecuniae, ac frequentia, vel infrequentia petentium ad Cambiam, nam propterea plus lucrabitur Cambio recipiendo in Civitate, in qua tunc Nummularium vel adest adventus Principis, quando multum indiget pecunia, quam in eo loco, in quo ejusmodi circumstantiae non adsunt. Tandem video, in frequentioribus vel Europæ esse usu receptum, ut illud sit pretium, quod in foro currit, & taxat ipsa mercatorum consuetudo, quod, dummodo id fiat bona fide, & sine fraude, non est ab illo recedendum.

7. Nonnulli dubitant, an si pecunia sit pretiosior valoris hęc, & alibi, adhuc qui accipit alibi deprecatur contrà hęc dat, ut alibi recipiat, de quo in §. superius possit lucrum Cambii acquirere. Verum, etiam præcisè capite ejusdem valoris, non possunt accipere semper alia capita expensarum, laborum, obsequii, nec valere præsentem pecuniam, quam absentem. Quæ semper tibi favet titulus recipiendi moderatum lucrum. Lege Mol. d. 407. & d. 410. Val. l. c. 23. §. 4. l. c. 17. sum. a n. 294 & in comment. de usur. n. 51. & §. 1. lugo d. 28. de Inst. n. 50.

§. II. Hic solvens, & alibi recipiens.

Dico primò, hoc Cambium cum aliquo lucro esse licitum. Ita Mol. disp. 404. l. c. 23. §. 4. Caier. opus. de Cambiis, cap. 6. & 7. Val. l. c. 23. §. 4. Delugo loc. cit. tota sect. 4. alique, siue ex officio deputato ex officio, siue à privato, siue in diversa, vel in eadem provincia, modo §. 1. dicto. Ratio est, quia non dissimiles tituli justè lucri hęc adsunt, quæ adsunt in præcedenti. Reducuntur autem luminaria ad septem.

2. Primò, quia in hoc casu Campfor dat tibi præsentem pecuniam, ut à te illam alibi recipiat: de qua (quarum naturam hęc virtualiter, seu æquivalenter recipit pecunia) loco absentes minoris aestimantur, quam præsentem, & quæcunque bona in re, semper plus valent, quam in spe.

Secundò, quia Campfor veluti ex alio loco in hunc locum transfert pecuniam in tui obsequium, quoniam licet pecuniam tibi indigentem hęc solvat pecuniam tuam, quam hic tibi præsentem facit Campfor, quæquivalenter inde huc transulisset.

Tertio, quia item te liberat à portanda, seu transferenda pecunia in alium locum, quod certè tu tuo portatore, seu transferres.

Quarto, quia idem Campfor subit periculum, ut alibi solvas, vel saltem non cum tanta facilitate. Quod si aliquando Campfor sine labore, vel expensâ, vel periculo habet alibi pecuniam, non propterea, hæc obijcere caret sua aestimabilitate, & condignitate admodum judicio prudentis proportionatam, modo dicto §. superiore.

Quintò, quia ratione officii, si ad hoc sit aliquis alibi dictus, & ratione industriae, seu operæ, quæ tempore est,

pro perentibus paratus ad dandum, & quā officinam conducit, alia negotia non gerit, alios contractus non exerceat, uno verbo, ratione lucri cessantis, vel damni emergentis, sua non est compensatione fraudandus.

Sexto, idem dic, ratione asecurationis, qua sub sua fide Campfor aliquando non petens à Campfario fideiussorem, nec pignus, acceptat solutionem sibi in loco distantem faciendam.

Septimo, quia sæpe æstimatione pecuniæ est, ob aliquas circumstantias, major in loco, ubi datur, quàm ubi redditur. Relege, quod modò dictum est §. *præced.* num. *præsertim* §. facit etiam etiam pro doctrina huius §.

3. Obijciat: Si pecunia loco absens minoris æstimatur, quia est absens, ergo pecunia tempore absens minoris æstimabitur, quia etiam sic est absens; ergo, sicuti quia est loco absens, possum lucrum accipere à te, cui præsentem pecuniam numero; potero etiam, quia est tempore absens par lucrum accipere à te, cui nunc numero pecuniam: At hæc est mera usura, quia sic accipitur lucrum solum ratione temporis, ergo, & illa erit usura, quæ est ratione loci.

4. Adde: Si pecunia in nostro casu est veluti merx, quam absentem ego cmo, præsentem data pecuniæ; ergo, sicuti præsentem nunc pecuniam possum emere alias Merces, v. g. triticum hinc ad annum tempore mellis colligendum, possum, inquam, emere minori pretio, quàm nunc, ergo possum nunc eodem modo minori pretio pecuniam emere, quàm hinc ad annum solvam; quæ, ut dictum est ipsissima est usura.

5. Respondeo, adesse disparitatem. Nam pecunia loco absens, ideo minoris valet, quia subijcitur illis periculis, expensis, laboribus, &c. quod ex se non est ita in pecunia tempore distante. Dico (ex se) nam, si etiam ipsa, ratione temporis, aliquibus ex his incommodis subijceretur, et tunc posset etiam tunc aliquid accipi, non quidem merè ratione temporis, sed ratione illorum. Multa hic congerit D. lugo d. 78. de *lusu* a num. 42. dicens diffitem esse prædictam objectionem.

6. Ad id, quod additur, adesse etiam non dissimilis disparitatem, nam mercium aliarum, v. g. frumenti, vini, &c. varia est æstimatione, unde, & varia est impositio taxæ, atque adeo non est mirum, si ex varietate circumstantiarum, varietur etiam illarum pretium: At pecuniæ æstimatione, ut mensura est rerum, eadem prorsus semper est: Si ergo possum emere nunc minoris frumentum, quod erit futurum, id è est, quia frumentum, quod erit post menses, minoris nunc æstimatur: at pecunia sub dicta consideratione, sive sic distans, sive præsens sive futura, semper est ejusdem valoris. Quod si sumatur, ut merx, quod est secundarium munus pecuniæ, & vestiatur aliqua ex prædictis circumstantiis, tunc valebit, vel majoris, vel minoris, sicuti cæteræ merces: unde ab illa lucrum, ratione illarum circumstantiarum, jussè conquiri poterit.

7. Colligitur ex dictis, si Titius dans pecuniam Petro, v. g. hic, ut ab eodem, vel à suo correspondente alibi recipiat, noscat Petrum nullam pecuniam, nullumque correspondentem, seu Procuratorem ibi habere, qui possit ipsi facere solutionem, unde prædicta solutio faciendâ sit hic, puta, in eodem loco, ubi data est pecunia, & quidem cum lucro ejus, qui dedit, colligitur, inquam, esse meram usuram, & cambium sicum, quia re ipsa nullum est cambium, sed merum mutuum cum lucro: de ratione enim realis cambii est, ut fiat realis commutatio inter pecuniam præsentem, & inter pecuniam, quæ sive in se, sive aliquo tandem modo, virtute, vel æquivalenter, sit alibi: id, quod in casu, de quo loquimur, non invenitur. Quid autem sit ejusmodi pecunia æquivalens, mox *infra* dicemus cap. 5. §. 1. num. 9. & num. 15.

8. Quid si bona fide do meam pecuniam hic Petro, putans, illum in loco distante habere correspondentem,

qui ibi solvat, tamen de facto ipse non habeat, unde nec stet promissis, nec solvat, non est mirum, quod jussè possim ab ipso hic exigere, quanti mea interfuit, pecuniam non fuisse solutam in eo loco: non est, inquam, mirum, quia tunc ejus fal-ax promissio fuit mihi causa talis damni.

Nota id verum esse, tum in hoc genere cambii, de quo hic loquimur, tum de aliis, sive per literas, sive ad Nundinas: par enim est ratio, ut, si tu non stes mihi promissis, debeas mihi solvere damnum emergens, & lucrum cessans. Vide tamen omnino quæ mox dicam *infra*, cap. 5. §. 1. num. 16. & n. 17.

§. III. Quando tum Campfari, tum Campfari Cambium profuit, cujus erit lucrum?

1. Titius cupit habere Neapoli centum aureos, verbi gratia, quos tamen habet hic Panormi: Caius autem cupit similia centum habere hic Panormi, quæ tamen habet Neapoli. Hi ergo invicem cambiant, & uterque obtinet, quod ipsius est utile, unde unus alteri æquæ famulatur. Inquiri, quidnam erit lucrum ex tali cambio?

2. Respondeo, fore illius, qui prævenitur, & ita Mol. *disp.* 405. Caietan. de *Camb.* cap. 6. §. 7. Sylvest. v. *Usur.* num. 4. *quest.* 8. §. *Secundum*. Gar. *cap.* 33. de *contract.* num. 5. *Lop. lib.* 1. de *contract.* cap. 4. alique apud Bonacin. *disp.* 3. de *contract.* *quest.* 5. num. 25. Si enim Titius ad te Caium veniat, ut Cambias, illa centum, tuum erit lucrum, si tu ad Titium, lucrum erit Titii. Ratio est, quia, qui prævenitur, præstat alteri obsequium ex se æstimabile, & per accidens est, ut id aliunde vertatur in suum commodum. Sicuti (ait Molina) si Petrus, v. g. deberet cum expensis equum, quem conduxit, remittere hinc Panormo Messanam, & Paulus indigeret equo, quo iter faceret Messanam sit, posset, qui prævenitur totum & integrum pretium locati equi recipere, quia ei, qui prævenitur, solvitur justum illud pretium, quod est condignum illo obsequio à se exhibitio.

3. Ex quo exemplo infert idem Molina, quod sicuti, si Petrus sciret necessitatem Pauli quarentis equum, qui illum Messanam portaret, & Paulus sciret necessitatem Petri volentis reducere equum Messanam, possent licitè simul convenire, ut vel gratis, vel cum aliquo lucro ex alterutra parte redoceretur equus, & quomodocumque conventio inter illos fieret, licita esset, quia neuter tenebatur celebrare contractum in alterius commodum, sed potest in suum; pari ratione in casu nostro, &c.

4. Quid, si ego indigens pecunia Neapoli, deim illam hic Panormi Numulario, ut ipse meo nomine deo ad cambium tertio, qui illam fortasse optat habere hic Panormi, daturus eandem cum legitimo lucro Neapoli, possum licitè tunc ego ejusmodi lucrum Neapoli acquirere, ubi jam habeo pecuniam, quam optabam?

Respondeo, licitè posse, ut colligitur ex dictis, quia quod immediate tu potes, si immediate præveniar, & quod potes, si cum alio convenias, idem potes, si præveniar, vel conventionem faciat ille Numularius, qui tunc tuas vices gerit.

CAPVT V.

De Cambio ad Nundinas.

§. I. De Cambio ad Nundinas absolute.

1. Mercatores certas quasdam Nundinas in aliquibus locis, seu Urbibus instituerunt, ut ibi debita solvantur, vel contrahantur, & item ut rationi reddantur, & scribantur in libris dati, & accepti. Solent præsertim in Italia hæc Nundinæ fieri quater, singulis

gulis amissis, spatio inter se distantes tantum mensium, quod spatium datur, ut solutiones commodè expediti queant. Primæ dicuntur Nundinæ Apparitionis, & celebrantur circa festum Epiphaniæ. Secundæ Pascatis, in eunte Maio. Tertiæ Augusti, eo enim mense fiunt. Quartæ, omnium Sanctorum, quia, paulo post ejusmodi festum, celebrantur. Alicubi, ut Francofurti bis celebrari has Nundinas, monet Lessius loco mox citando, nimirum circa Pascha & circa Septembrem, nam propterea Cambium ad has Nundinas vocatur à Lessio Francofurtense. Cum autem Cambia dicantur fieri ad Primas, vel ad Secundas vel ad Tertiæ, vel ad Quartas Nundinas, sensus est, quod solutio pecuniæ faciendæ est post tres, vel post sex, vel post novem, vel post duodecim menses.

2. Quid, si dentur pecuniæ hæc, ut in eo loco fiat eorum solutio, ubi Nundinæ non celebrantur?

Respondeo: Tunc constituuntur quidam termini, & ita dicitur pecunia dari, & accipi ad Primos, vel Secundos, vel Tercios, vel Quartos terminos, id est, post tres, sex, novem, vel duodecim menses. Imò, quando non est magna locorum distantia, ut horum mensium spatium necessarium non sit, ad ferendas literas Cambii, constituuntur alii breviores termini, pro solutionibus faciendis: Et quidem sæpissime constituitur terminus, qui judicatur sufficiens ad hujusmodi literas perferendas, incipiendo à die, quo fiunt literæ Cambii, aliquando verò incipiendo à die, quo literæ recipiuntur à Correspondente, seu procuratore Campsarii in hunc ferè modum: *Post dies quindecim vel post dies viginti, vel post mensem, &c. à receptione huiusmodi literarum, fiat solutio.*

3. Iam verò, si solutio fiat realiter, enumerata in Nundinis pecuniæ, certè, vel nihil, vel vix differat tunc cambium à cambio per literas, de quo egimus in cap. præced. Sed quia in dictis Nundinis solutio transigi sine ulla numerata pecunia solet, datis nimirum tantummodo, & acceptis syngraphis, idè peculiare inde emergunt difficultates, quæ propriam, atque solemnem hinc habent disputationem.

4. Hunc autem modumambiendi, si nihil aliud addatur, vocamus absolute Cambium ad Nundinas, si enim eveniat, ut in loco destinato ad cambium, ita fiat solutio, ut necesse sit addere aliud Recambium, tunc vocatur Cambium cum Recambio, seu Cambium cum Recausa, de quo in §. seq. nam nunc solum statuerè debemus, an hoc Cambium absolute ad Nundinas licitum sit. Et quidem licitum esse, tum mercatoribus, tum aliis privatis, modo ad sint quædam conditiones, iam communis est opinio. Et quidem Lessi, lib. 2. cap. 23. dub. 6. Navarr. in summ. cap. 17. num. 300. aliorumque apud Delugo disp. 38. de iust. iura sect. 3. Ratio est, quia aliquibus conditionibus, quas mox afferemus, adhibitis, non apparet, ubi sit iniustitia, & ex alia parte adsunt iusti tituli, unde acquiritur lucrum.

5. Duo igitur sunt explicanda. Primum, hi iusti tituli, quorum certè aliqui concedunt cum allatis in §. præcedentibus.

Secundò, illæ conditiones, quorum item non paucæ insinuatæ superius sunt, sunt tamen hinc in suo proprio loco, claritatis gratiâ, breviter repetendæ.

Tituli iustificantes lucrum Cambii ad Nundinas.

6. Primus Titulus est, quia Campsor carebit pecunia, quam tibi ipse tradit, post tres, vel plures menses, unde privabitur, etiam si non sit mercator, opportunitate, & libertate aliquid lucrandi cum illa pecunia à te reddenda per alias fortè negotiationes sese offerentes.

7. Secundus est periculum cui pecunia tibi à Campsore data exponitur. Et quidem, si pro longiore tempore data est, maiora erunt pericula: Nam propterea tunc non propter meram temporis longitudinem, sed propter hæc pericula, & aliquid plus exigit non iniuste Campsor. Quod si is habeat pignus suæ pecuniæ à Cam-

psario, quod certè, potest habere, quia quilibet negotiorum potest cum omni sua cautela, & securitate, quæ in se habet, hic periculi titulus; si d. alii.

8. Tercius titulus est, quia dum interim tempore solutio, plures possent esse, qui petent Cambium, pauciores, qui darent. Cum igitur ex magis petentibus, & minore numero dantium excedat numerus pretium, creset etiam in casu nostro. Legi. Lessi. num. 56.

9. Quartus est trajectio actualis, vel, ut hoc communiter est, trajectio virtualis pecuniæ ex uno in alium locum. Neque dicas ibi non adesse pecuniam, & ideo non esse lam trajectio, sed solum esse transactionem syngraphæ datæ, & acceptæ, ne id (inquam) dicas, nam ipsa syngrapha continens creditum de pecunia, tantum, vel tantum æstimatur, quanti ipsa pecunia, nam propterea ipsa syngrapha credita continentes, appellantur, & hoc pecunia virtute, & æquivalente.

10. Quintus titulus est, quia in loco, ubi fit solutio, secundum maiorem, vel minorem pecuniam, major, vel minor est ejus æstimatio.

11. Sextus titulus est, quia communiter in illis locis, ubi faciendæ est solutio, adest taxa valoris pecuniæ communiter recepta in illis Nundinis, vel in illo foro, ubi à Mercatoribus, omnibus circumstantiis expressè, vel certè ipso negotiantium usu comprobatur, item evenit, ut pro varietate circumstantiarum, aliquando majus, aliquando minus lucrum habeatur ex Cambio. Cum igitur etiam privato licet servare re ipsam, quod in communi foro curreret, potest quilibet locum hoc pretium acquirere lucrum, ut etiam supra vidimus.

12. Septimus ducitur ab expensis, quas Campsor facit, conducendo, vel habendo alibi suum correspondentem, cui committat literas Cambii.

Conditiones adhibendæ in Cambio in Nundinis.

Iam verò conditiones debent esse sequentes, præ omnino tres, tum pro locis, ubi non adest Bulla, & mox citanda, tum pro locis, ubi adest notata eadem, quod est de Jure naturæ. Aliæ verò tres pro locis, ubi illa fortè recepta est.

Conditiones tres ex Jure Naturæ.

13. Prima conditio ex notantibus Jure naturæ est, non exigatur plus, vel minus ratione solus temporis, & modo dictum est. Verum, quia dictum est, etiam, si lucrum Cambii non solere taxari, seu usuram à publicis negotiatoribus ex solo tempore, sed ex circumstantiis illis adnexis, ut ibidem vidimus, ideo hæc conditio quæ bonos negotiatores deesse nunquam solet.

14. Secunda, ut re ipsa literæ de uno in alium locum transmittantur, quarum virtute fiat verè solutio pecuniæ, quæ recepta fuit in alio loco. Tibi, v. g. hic Parisiensi dicit Campsor pecuniam ad Cambium pro Neapolitanum vel tu, vel aliquis Procurator tuo nomine facere solutionem pecuniæ Neapoli: Si ergo non fiat ibi solutio, ceteræ literæ illæ nullæ fuerint, tamen cum redeant ad solutionem ibidem factæ inanes redibunt, licetæque non cum usura Campsor exiget lucrum Cambii, quia Cambium nunquam completum fuit, ut iterum in simili supra monuimus.

15. Tertia conditio maxime notanda, & circa quam sunt difficultates innumera, quæ materiam hinc à Cambiis celebrem, & satis ætate nostra exagitantem exciderunt, est, ut campsor sciat, vel rationabiliter crediderit, Campsarium habere in loco, ubi fieri debet solutio, pecuniam, sive numeratam, sive in credito, quæ vel pecunia æquivalens, habere inquam, saltem apud suum Procuratorem, vel amicum, à quo vel mutuant, vel ad novum Cambium dictum Campsarius accipiet. Rursus convincens, in Cambio debere esse hanc conditionem.

est manifestum, quia cambium, vel est permutatio pecunie praesentis cum absente, vel emptio pecunie absentis pretio pecunie praesentis, vel quid simile, ut *supra* diximus. Si ergo campfor eximitur campfarium, nec habere pecuniam in se, nec in credito, nihil ipse campfor permutabit, vel emet, ergo erit vel clara usura, vel clarum furtum, si aliquid lucrum campfor sumat ex permutacione, vel emptione, quae nulla est. *Lege Lessium num. 61.*

16. Illud approbavimus *supra*: Si postquam campfor bona fide dedit ad cambium in locum aliquem, putans, campfarium habere, vel habere posse ibi pecuniam deprehendat, se à campfario esse deceptum, quia nullam ibi habet, nec habere potest pecuniam, approbavimus, inquam, tunc iuste posse ab ipso campfarario recipi in eodem loco, quo dedit, solutionem sui lucri, immò, & omne interesse, quod forte ipse campfor est passus. Ratio est, quia tunc campfararius tenetur ex fraude, qua fluxit habere pecuniam in illo loco, unde campfor deceptus fuit. Hanc doctrinam probabilissimam putat Bonacina d. 3. de *contract. quasi. 5. num. 24.* licet ipse in aliquo refutetur. Verum, si sine palliata fraude procedatur, eam certissimam, ne dum probabilissimam, puto.

17. Siste autem hic tantisper, Amice Lector. Ex hac vera nostra concessione facile labi solent aliqui, dum ex hac doctrina putant, se iuste semper exigere posse dictum cambii lucrum, quia nimirum campfarium, id est, ille, qui recipit hic pecuniam solvendam ab ipso in alio loco, non est inventus in dicto loco, v. g. N. apoli habere pecuniam; nec item habere correspondentem, qui solvat, immò, & aliquando inventus est, ne literas quidem illuc mittit, labi inquam, solent, quia non advertunt ad usum, quo ejusmodi cambia fieri frequenter consueverunt, campfarium enim, & campfor convenient, ut curam inveniendi in loco distanti pecuniam nomine campfararii, & inveniendi correspondentem, & cetera necessaria ad verum cambium, suscipiat campfor. Si ergo haec deficiunt, culpa campforis deficiunt, non vero culpa campfararii. Quare campfararius non est condemnandus ad solvendum lucrum cessans, & damnum campfori emergens, cujus damni non fuit causa campfararius, sed ipse campfor.

Conditiones tres requiritae, à Pio 15.

18. Progrediamur jam ad alias conditiones tres requiritae à Bulla Pii V. quae incipit: *Pro nostra Pastoralis*: quam tamen Lessius lib. 2. cap. 23. dub. 9. sine putat, aut paucis in locis esse receptam, aut certe nunquam, quoad conditiones, quae de iure naturae non sunt, ut in simili *supra*, in *tract. de cens. cap. 5. num. 3. & cap. 6. §. 2. n. 4.* tanquam probabile, dictum à nobis est.

19. Prima conditio est, ut non fiat pactum ab initio de certo interesse, etiam in casu, quo non fieret solutio tempore praefixo. Certo, inquit, non ergo Pius prohibet pactum de lucro incerto solvendo, quod postea deprehendatur dandum ex interesse, quod passus est campfor ex non soluto cambio. Immo aliqui dicunt, non solum, ubi non est recepta, sed etiam, ubi est recepta dicta Bulla Pii, posse fieri pactum de determinato lucro ad arbitrium prudentis (vide omnino *infra*, §. 7. n. 13. & 14.) cum Bulla solum prohibeat, fieri ad arbitrium campforis, qui amore lucri allectus errare posset. Et certe, quando campfor caret experientia, vel rebus suis nimis inhiat, de iure naturae est, ut ejus arbitrio nequaquam stetur.

20. Secunda, ut non possint fieri cambia, nisi pro primis, seu proximis Nundinis, ubi Nundina celebrantur, vel pro primis Terminis (ut mox n. 21. clarius explicabo) ubi Nundinae non habentur. Id autem prohibetur, quando ratione magis distantis termini augetur lucrum cambii; nam, si non augeatur, & tamen longius tempus pro facienda solutione concedatur, certe gratiam campfarario faceret campfor.

¶ Pars III.

21. Quod si quis, ut notat Lessius *loc. citat. num. 17.* plus exigat, dando ad secundas Nundinas, quam dando ad primas, exigeret, inquam, plus non ratione ipsius meri longioris temporis, sed ratione veri interesse, quod tunc pateretur, non esset ad restitutionem condemnandus, etiam in locis, ubi recepta est Bulla Pii, saltem ante sententiam iudicis, quia ob verum titulum in conscientia tunc exigit: nam si exigeret ratione solius temporis, etiam de iure naturae, esset condemnandus, ut dictum est in superioribus saepe.

22. Tertia denique est, ut in terminis solutioni praefigendis, habeatur ratio longinquitatis, & vicinitatis locorum, in quibus solutio est facienda, ut scilicet plus possit lucrari campfor, si debeat numerare pecuniam in loco magis distante, quam in loco distante minus. Ubi vides, hic non agi de Nundinis, quae semper fixae in suis locis sunt, nisi forte tangatur difficultas, quae ponitur mox *num. seq.* sed agitur de aliis locis, ubi non sunt Nundinae, si enim cambias hic Panormi, ut fiat solutio Messanae, ad quam Messanam Urbem perveniri potest tempore quoque dictum, v. g. cur ponis terminum solvendi post duos menses, & vis acquirere illud lucrum, quod acquireret in Nundinis, quae sunt longè distantes, seu quod acquireret ille, qui subit pericula duorum mensium, expensaque facis, quae solent fieri, quando transfertur pecunia in locum magis distantem, itinere, v. g. dictorum duorum mensium: Id certe, etiam de iure naturae, verum est. Quod si lucrum in hoc casu non augeas, tunc non erit illicitum, immò gratiam facies campfarario modo dicto *num. praeced.* Praeterea, nec item erit illicitum, ut vult Bonae, de *contract. d. 3. §. 5. num. 13.* velle lucrum, quod solet haberi in Nundinis, si locus solutionis est aequè distans à Nundinis, & credatur probabiliter in loco, ubi solutio fit facienda, aequaliter valere pecuniam, at valere in Nundinis.

23. Inquires: Campfores statueret consueverunt, lucrum ex cambio ed majus esse solvendum; quod longius est tempus, ad quod cambium datur, etiam in ordine ad primas ipsas Nundinas, ut, si primo mense dent, pecuniam ad cambium solvendum, in proximis primis Nundinis, plus lucri exigant, quam si dent secundo, vel tertio mense: Idne licitum est?

24. Respondeo: Non pauci, ut *Lop. lib. 2. de contract. cap. 13. Rodr. 2. p. summ. cap. 107. num. 6.* alique putant esse illicitum, quia sic habetur ratio brevioris, & longioris temporis, quod proprium est usurae. Sed Mol. d. 404. Less. l. c. dub. 6. & d. 11. Cajet. de *Camb. cap. 7. Philiat. lib. 5. cap. 24. dub. 2.* alique cum magna probabilitate aiunt esse licitum, quia in longiore tempore majora sunt pericula, diutius campfores privantur sua pecunia, qua negotiari possent, & lucrari, & major est numerus, qui sic petunt ad cambia, unde pretium crevit ut in simili dictum est *supra*, non igitur solum ratione meri temporis, &c. Et quidem cum illud sit pretium iustum rerum, quod bona fide Periti statuunt, praesertim consuetudine sic sita, & tolerata, ideo non sunt praedicti campfores condemnandi.

25. Inquires iterum: Dicitur est, ut cambium hoc sit licitum, oportere, ut illae tres conditiones concurrant, quas diximus à *num. 13.* Quo modo igitur, se geret vidua, vel homo non multae literaturae, qui has non discernit, & solum dat alteri pecuniam suam ad cambium?

26. Respondeo. Haec praxis, quae maxime hic est cognita necessaria, explicabitur *inferius*, §. 5. num. 6. & iterum §. 7.

§. 11. De Cambio cum Recambio, seu Recursa.

1. **P**raxi hujus Cambii (quod Bisurinum, vel Placentinum apud Lessium l. 2. c. 23. n. 59. appellatur) nostro aeo frequentissima, hujusmodi est: Titius campfor hic Panormi, v. g. dat Caio centum aureos solvendos ab eodem Caio in proximis Nundinis Placentiae.

E b

telebran

celebrandis, vel in aliquo Italia, vel Sicilia loco. Quoniam verò Caius neminem habet Placentiar, vel in aliis aliis locis, quod eius nomine solvat, quod ipse Caius debet; Ideo Titius offert eidem Caio iura correspondens, nomine, v. g. Seium, residentem in illis locis. Offert, inquam, ut, licet sit correspondens Titii cum omni potestate ipsi Seio concessa ab eodem Titio, ita in hoc negotio, ut sit etiam correspondens Caii, & solvat cambium, id est, dictos centum aureos cum lucro ibi apud Mercatores, seu apud forum decerni solito: Sit autem hoc lucrum nunc, v. g. aureorum quinque. Acceptata oblatione, scribit ad Seium Titius, nomine utriusque, puta ejusdem Titii, & dicti Caii, ut scilicet Seius acceptet creditum Titii, & debitum Caii, & ut correspondens jam Caii solvat cambium, & ejusque lucrum, id est, centum & quinque aureos, & ut correspondens Titii eos aureos recipiat, & sic extinguatur cambium. Sed, quia Seius, ut correspondens Caii pecuniam non habet; Ideo ipse idem Seius, ut correspondens Titii, seu Titii nomine offert, & dat illam pecuniam sibi eidem, ut correspondenti, seu Procuratori predicti Caii, dat, inquam ad cambium (quod erit erit secundum cambium, seu ut loquimur, recambium), solvendum à Caio Panormi. Cum accepta ergo hæc pecunia Seius, ut correspondens Caii, extinguit, seu solvit, ut dictum est, prædictum cambium primum Panormi celebratum, ita, ut nihil omnino amplius debeatur pro dicto primo cambio Caius. Lege Lessium, qui rectè notat, si dictus Seius fugeret, vel decoqueret, camporem Titium non posse agere nomine suo contra camparium Caium; is enim Caius jam solvit cambium ipsi campori Titio.

2. Quoniam verò dictum secundum cambium parere suum iurum debet, quod erit, v. g. aliorum quinque aureorum, qui solvendi erunt à Cajo Panomi, ideo Cajo debebit Panomi solvere Titio centum, & decem aureos, idest, centum ex primo capitali, quinque ex lucro primi cambii extincti Placentie cum pecunia habita à Procuratore Titio, & quinque ex lucro cambii extinguendi Panomi ab eodem Caio.

3. Suppono ad Iustitiam secundum cambii, Caium, seu ejus Procuratorem non cogi ad dictum secundum cambium, posset enim Caius, seu ejus Procurator extinguere primum cambium pecunia praesenti, sine necessitate sumendi recambium, vel certe posset sumere recambium ab alio, quam à correspondente Titii.

4. Solut autem occurrere, ut Caius, ne Panormi quidem, promptam cum summam habeat, quam debet Titio, unde rursus totam illam eandem summam, ac, si iterum illam accepisset à Titio ad cambium, se obligare solvere cum suo lucro iterum Placentiae, vel alibi, ubi rursus fiet, quod modo n. 1. diximus, & sic continuatur per multos aliquando annos cambia, & recambia, donec re ipsa, & numerata pecunia totum capitale cum omnibus lucris intercurentibus solvat Titio Caius; nam propterea Mercatores hoc appellant etiam cambium cum Recursa; recurrit enim, unde incipit. Et adverte permaximè, totum hoc negotium, præter primam traditionem illorum centum aureorum Caio à Titio numeratò datorum, & præter ultimam hanc solutionem, quam numeratam denique fieri oportebit, tractari, & expediti per solas syngraphas, seu per acceptationes, & dationes crediti, & debiti, quæ in libris dati, & accepti scribantur.

5. Quæretur, qui hanc quæstionem introspicere cupit: Quando Seius extinguit primum cambium Placentiæ, quodnam est prius? Quod Seius, ut correspondens Caii, solvat dicta centum, & quinque sibi ipsi, ut vicem Titii tenenti, an quod idem Seius, ut correspondens ejusdem Titii, det suumnam illam sibi, ut correspondenti ejusdem Caii ad novum cambium finiendum postea Panormi? Breviser, quodnam est prius, extinctio primi cambii, an institutio secundi?

6. Respondeo, Certè in praxi (ut puto) ne à pe-

ritis quid in Mercatoribus id advertebat, quod in
in libris ratiociniorum scribunt rationum in eadem
etque etiam in eadem hora, ne diebus in eadem
ris momento. Ceterum, quod prius, quod posterius
bis Theologis relinquunt, consideranda, in eam
confcientia satis habent, si intelligant, in eam
(quo licite possunt)olvere primum Cambium, in
tuere secundum: Theologi autem non paucos
valde implicite loquuntur, vel certe potius ut lo
nant, quam declarant. Nos ergo pro nostra
sic discutamus.

7. Puto, posse uterunque dici, quod sit prior solutio
primi cambii, quam institutio secundi, sed expeditius
quod sit prior institutio secundi cambii, quam primi
cambii solutio: qui certe posterior modus, quam testa-
mentarii cambii, ex *infra* dicendis elucet.

8. Prius igitur solvetur cambium primo acceptationis
tatur secundum, si Sciurus, correspondens Titius
sue voluntatis, verbo, vel scripto ostendat habere
per acceptationem non solutus, illos centum, qui
autem debitos a Caius etiam jam nihil accepit
bit Caius per primo cambio, quia jure illi summa
potente illud remittere, neque a Sciuro tota Ti-
testate gaudet. Est deinde quod Caius, Sciuri summa
Caii, qui talem remissionem acceptavit, vel de
luti ex gratitudine retrodonare, & instituit
cambium ad ipsam totam pecuniam solvendum
tatur discutere Naldus in summa v. Cambium, §. 1.

9. Contra. Postestus finitur cambium prae-
ter id instituit secundum cambium, & Sicut
cepavit creditum Titii, & debitum Caii, nec
respondens Caii, accipiat centum illos, & quoniam
reos, ad recambium Panormi cum quo loco ibi
accipiat, inquam, à scilicet correspondente Titii, cum
illis sic acceptis, extinguit cambium primum, & po-
modo antecedit recambium, nam cum hac summa
per dictam recambium, ipse, ut correspondens Caii
solvit primum cambium ibi ipsi, ut correspondenti
Titii. Hunc modum nos insinuavimus n. 1. & unde
finiat Lefsius l. c. n. 6. in iis verbis: *Sufficit, quod
appariis posse habere Correspondentem, qui sit in loco
de mutuo, vel ad Cambium. Eundem modum
Delug. de Inst. d. n. 8. §. 86, 87, & 94. v. Sicque
eundemque innuere videtur alii Theologi, &
nam prior modus suas habet difficultates, quod
n. 11. breviter asserimus.*

§. III. Decernitur, an hoc cambium cum recambio faciat

1. **Q**uamvis multum Mol d. 409. Soc. Ceterum
Belug. l. c. n. 77. Merenda; quia Dign. p. 7. re-
dicant esse illicitum. Multi tamen ut Nat. C. p. 7. re-
c. 3. referunt sine sensu vix quendam Deo Societ.
nisi g. c. 7. de cambis. a. n. 7. Sa e. Cambium. Dign. p.
a. ref. 1. & p. 9. r. 8. ref. 67. Leff. lib. 2. c. 23. n. 61.
satis probabiliter (quos ego sequor) licet illud
explicatione dandum ox §. 4. Probatur, quia si Cam-
plarius haberet Placentiam aliquam amicis, qui ve-
neret cambium contractum Panonii, esse solutum
bium, ut supra vidimus; ergo etiam, si solvatur Pan-
torum, seu correspondens ejusdem Cui. Ceteris Cui-
Titius ipsi idem se Placentiam contracti, possit
per se ipsos totum hoc negotium licite solvere; qu-
enim id negare potest? cum egerit, quod per se ipsos
quis facere potest, possit per legitimam Procurator-
poterunt Titius, & Caius in casu nostro per Procurator-
curatorem unius ejusdem efficere negotium, qui idem per Pro-
curator Caii, & Titii non vitat contractum cum
simile idē possit sustinere vices duorum in contractibus
idem possit efficere Procurator multorum, nec etiam non
taxat. Sicuti autē si, prae dictis Scius et Procure-
tri, & Antonii possit ad mandatum horum, & recipere,
& solvere pecuniam aliquo titulo, videlicet, si Cuius-
teri ex his debitam, & tunc realiter fieri vix debita
quamvis non numeraretur pecunia, si id ipsum non
fuerit

ferretur debitum, & creditum in libris dari, & accepti, ut Italicè dicimus: *Passar le partite*: ita in casu nostro, &c.

2. Non igitur solutio est fida, ut putant adversarii, sed vera, & realis, unde, & cambium erit reale, & non fictum. Nec solutio cum lucro Cambii facti Panormi solvitur in eodem loco, id est, Panormi, quod esset usura, sed Placentiæ, ubi finitur primum Cambium, & pari modo recambium factum Placentiæ, non solvitur Placentiæ, ubi institutum est, sed Panormi.

3. Nec obstat, quod in hoc Cambio, cuius natura, ex meliori opinione, assimilatur contractui emptionis, & venditionis, nihil adsit, quod ematur, quia deberet emi pecunia absens, id est, quæ sit, Placentiæ, ut dictum est *supra*, at ibi nulla pecunia est Caii, sed solum in Codice, & libro rationum transferuntur credita, & debita; non obstat, inquam, nam falsum est, quod non adsit aliquo modo pecunia, ipse enim literæ, seu chirographa, seu libri, qui continentur credita, tanti plus minus valent, quanti ipsa pecunia numerata, nam propterea potest dici, ibi adesse pecuniam, sed verò virtutalem, seu æqualitatem, & quæ sufficientissima sit, ad veram solutionem faciendam.

4. Nec item obstat, quod Campfarius videatur obligari, sumere pro suo correspondente illum ipsum hominem, qui est correspondens Campfiori, non inquam, obstat propter duas rationes. Primum, quia ad hoc non cogitur campfarius, ut notavimus *supra*, immò addo, sic Campfario fieri Beneficium, dum promptè ipsi offertur à Campfore correspondens in loco, ubi campfarius difficillimè illam inveniret. Ita Lessius loco citato, numero secundo.

Secundò, quia, etiamsi cogeretur, illi non fieret iniuria, quilibet enim est Dominus, & arbitri sue rei, & quilibet habet ius apponendi condiciones, quas vult, dummodo non sit contra naturam contractus, quem celebrat, ut certè hæc non est, & dummodo, si conditio addat aliquod onus, illud compensetur, ut sanè in hoc casu, de quo loquimur compensatur; nam audio, de facto semper aliquid diminui de pretio debito Campfiori, scilicet octavam quandam partem, quam partem octavam libenter minuit Campfior, quia suæ utilitati cedit, quod Campfarii se obligant ad sumendum eundem correspondentem, qui est Campfioris.

5. Quæres hæc occasione primò, Quanta merces detur his correspondentibus, seu Procuratoribus pro labore, & industria, quam adhibent in cambiando aliorum nomine, & in scribendo, numerando, mittendo literas, &c.

Respondeo apud Delugo d. 28. de *Iust. n. 72. §. ego*, in singulis Nundinis solere dari tertiam partem aurei pro singulis centenariis, quam provisionem vocari, *supra* diximus, quod ferè coincidit cum dicto Lessii l. c. n. 50. afferentis solere dari binos, vel ternos aureos in singulis millenarios.

6. Quæres secundò, Quanam est utilitas, quæ nascitur Campfiori ex eo, quod Campfarius acceptet pro suo correspondente eandem, qui est campfioris?

Respondeo. Prima utilitas est, ut suo amico, seu correspondenti acrecant salaria, seu pensiones ex his novis negotiis, quæ ille suscepit in gratiam campfiorum.

Secunda utilitas est, quia deinde invicem, quid simile committeret fortè correspondens Placentinus huic Mercatori Panormitano, & ita hic Panormitanus lucrabitur suas similes provisiones.

Tertia utilitas est, ut ille correspondens habeat multa credita ex Recambiis, per quæ multis fortè debitis Mercatoris Panormitani satisfacere possit.

Quarta, ne alii, qui campfioris familiares non sunt, cognoscant rationem negotiorum ipsius campfioris, quod permaximè cavent prudentes Mercatores.

Quinta, ne se campfior exponat periculo deoquendi si non tutum habeat correspondentem, sicuti tutum cognoscit suum.

Par. III.

§. IV. Quandoquidem tribus modis Cambium cum Recambio celebrari potest, approbatur primus, & secundus, sed reprobaturs tertius.

1. A Sero primò, licitum esse Cambium cum Recambio, si supponas, prædictum Procuratorem Seium habere pecuniam propriam, vel credita propria, vel habere apud se pecuniam Titii Campfioris, vel credita alia exigibilia ejusdem Titii (alias inquam, præter dictum Creditum ex primo Cambio; nam, quando non adest, nisi hoc creditum, dicitur, *mox num. tertio*) de quibus Seius disponere possit (quæ sunt pecunie virtuales, & idem Seius det Caio, seu sibi ipsi, ut Correspondenti ejusdem Caii totum illud pecuniam, quod necessarium est ad extinguendum primum Cambium; det, inquam, vel mutuo, vel ad novum Cambium, seu, quod idem nunc est, ad Recambium Panormi solvendum; quia pecunia actuali, vel virtuali, id est, credito per dictum Recambium, vel Mutuum, habito, solvat Caius, seu extinguat primum Cambium, solvitur Recambium, seu Mutuum, postea Panormi. Aliter, inquam, hunc modum cambiendi esse licitum. Ratio est, quia tunc jam habet Caius, seu Seius, ut Caii Correspondens, pecuniam, sive actualem, sive æquivalentem seu virtutalem (taliam enim, ut sæpè diximus, sunt credita illa exigibilia) qua ipse solvit primum Cambium. Quoniam autem primum cambium modo dicto solutum, iustum est, sequitur quod etiam sit iustum Recambium, id est, cambium secundum, quod solvetur postea Panormi, & etiam sint iusta omnia Recambia, quæ modo supradicto sine fraude continuabuntur, quia easdem condiciones prorsus hæc continuata Recambia habent, quas habet primum cambium, ut supponimus.

2. Aliter secundò, esse etiam, immò multò magis, licitum, si supponas campfarium, id est, Caium habere amicum nomine, v. g. Antonium, Placentiæ, qui Antonius cum habeat, unde solvat, literas pro ipso Caio acceptet, & solvat. Ratio est clara, nam qui per amicum solvit, satis dicitur solvere per seipsum. Atque idem erit, si ad Antonium non scribat Caius, sed scribat Titius campfior dicens, ut sub sua fide Antonius acceptet, solvatque cambium Seio correspondenti ipsius Titii. Ratio est, quia pari modo tunc solvit Caius per alium; id quod est perinde, ac si per seipsum solvat.

3. Hæc duo dicta jam sunt ætate nostra, vel satis certa, vel satis probabilia, (quamvis Sciam, nonnullos citatos §. *præced. n. 1.* mordicus priori dicto contradixisse) unde sequitur, ut cambium, & recambium usurpata altero ex his modis dictis n. 1. & 2. iustè, & licitè apud banos negotiatores exerceri possint. Ita DD. citati d. §. *præced. n. 1.*

Iam verò maxima difficultas est: An sit etiam licitus tertius alius modus; Quando scilicet prædictus Seius correspondens utriusque scilicet Caii, & Titii nihil aliud habeat nisi ipsum creditum Titii contra Caium.

4. Et difficultas consistit in eo: An tunc Caio possit Seius vendere, vel mutare, vel ad Cambium solvendum Panormi, dare illud creditum, quod certè etiam, & ipsum est pecunia virtualis, sicut cætera alia credita, qua virtuali pecunia habita, vel per emptionem, vel per recambium, vel quocunque simili tandem modo à Caio, idem Caius, seu Seius, ut Caii correspondens, solvat primum cambium, illudque extinguat, sicuti modò n. 1. extinguere idem cambium potuit Seius, mutando, vel dando ipsi Caio ad recambium, credita, quæ erant alia ab hoc credito primi cambii, quod nunc primò solvendum, seu extinguendum est Placentiæ.

5. Et quidem aliqui, quos non nominat D. Iugo, d. 28. de *Iust. n. 92.* affirmant, licitè possi. Primum, quia etiam illud creditum est pretio æstimabile. Quare sicuti illud posset vendi, mutuari, dari ad cambium aliis, sic poterit Caio, seu ejus Procuratori: quo habito, quasi habita pecunia poterit Caius primum cambium solvere.

B b 2

6. Secun

6. Secundò quia Scius Procurator Titii, posito, quod in sua potestate est hoc edictum, de quo disponere potest, iam habet fidem qua tantum ab alio Tertio mutuari possit: ergo iam est potens dare Caio pecuniam, quæ non sit ipsiusmet creditum, quam potentiam satis esse docet Lellius lib. 2. cap. 23. n. 61. ad iustificandum hoc cambium.

7. Verum ipse Delugo l. e. cum quo sentio, & Patres Sacre Congregationis apud eundem, nolunt, id tantum licitum admittere. Ratio potissima breviter est, quia, quamvis ejusmodi creditum contra Caium possit aliis vendi vel dari ad cambium; non tamen potest ipsi Caio debitori, seu, quod nunc idem est, prædicto Scio, qui est correspondens dicti Caii debitoris. Id autem probatur facile, nam ex hac donatione, seu venditione confurgeret in Caio Jus Justitiæ ad se ipsum, quod est impossibile, cum Justitia essentialiter sit ad alterum. Sequela probatur, quia sic Caius emeret creditum contra se ipsum; emerit enim Jus exigendi illam pecuniam à se ipso: ergo confurgeret Jus Justitiæ contra se.

8. Quod si dicas, emere ejusmodi creditum, nihil aliud esse, nisi ipsi Caio remitti debitum, tunc aliud fortius argumentum te urgebit: Emere hoc creditum nihil est aliud per te, nisi remitti à Creditore debitum, seu haberi illud pro soluto. Ergo si sic iam est solutum, seu extinctum debitum cambii, nihil postea poterit solvi, seu extinguí, quia jam supponis per hanc remissionem omne debitum esse solutum, & extinctum: non poterit enim solvi, quod jam antea solutum fuit.

9. Confirmatur, quia cambium est essentialiter permutatio pecuniæ cum pecunia; ergo duplex intervenire debet pecunia, sive talis, saltem virtualis, seu in credito, nimirum altera, quam do, altera, quam recipio; sed in casu nostro unum est creditum, atque adeo una pecunia; ergo tunc non permutabitur una pecunia cum alia, ergo non erit cambium, ergo neque hæc remissio erit solutio cambii.

10. Dices: Esto, hæc sit mera remissio, atque adeo non sit solutio vera cambii, satis nobis est, quod jam per dictam remissionem extinguatur primum cambium; hoc autem extincto, accipiet inmediate postea Caius, seu Scius ut Caji correspondens, pecuniam ad secundum cambium, seu ad recambium solvendam Panormi, nam volet voluntariè ex gratitudine solvere capitale, & lucra primi cambii, licet sibi immediate antea remissa, quæ est doctrina Naldi allata à nobis supra, §. 2. n. 6.

11. Respondeo, id speculative aliquo tandem modo defendi posse, non adeo sum hebes, ut non videam: tamen negare non potes, esse diffillimum, & incredibile, ut ejusmodi modus ferid, & non palliare ad regendam usuram fiat: nunquam enim mihi persuadebis Mercatorem, seu campforem suo iuhantem lucro, seu Scium prædictum nomine campforis, ex vero animo remittere totum creditum. Nec item mihi persuadere poteris, inopem campfarium velle retrodonare pecuniam, quæ sibi remissa est, quamque immediate ante, ut sibi remissam acceptaret, velleque, se continuare debitorem ejus pecuniæ, ejus solutio ipsi condonata iam fuit.

12. Ad rationem contrariæ opinionis allatam num. 5. jam pater, quia illud creditum est vendibile alteri, non vero ipsi Caio debitori.

Ad allatam verò num. 6. facile respondetur, nam esto, possit dictus Scius mutuo accipere ab aliis, ac de facto non accipit, sed vendit, seu dat Caio illud ipsum creditum, quod habet contra eundem Caium: id, quod jam inane prorsus esse ad effectum, de quo loquimur, probatum est. Lellius ergo dicto num. 7. allatus, si admittendus est, debet intelligi sano modo, nimirum quod sufficiat posse pecuniam mutuari, sed cum effectu, ut scilicet re ipsa mutuetur.

13. Verum, objicies contra hanc doctrinam nostram sic. Multi Doctores vocant probabilem opinionem affirmantem, cum uno illo credito posse exhiberi totum hoc negotium, multo magis, quia hæc sententia dicitur ap-

probata à Pio Quinto pro Bononienfibus, ergo non dicitur illa reiicere: etiam in praxi possit.

14. Respondeo: Nec Pius Quintus, nec Doctores, qui nominatim citantur pro sententia affirmatæ loquuntur de nostro casu, seu expresse de cambis, seu mutui cambiendi num. 1. & 2. allatis, & quæ solum appropinquat nostram doctrinam, ejusmodi auctoritate illorum præstat.

Verba aliquorum ex his in medium proferantur. 15. Et quidem incipiamus à verbis Pii V. quæ, ut licet fuerint data ad Bononienfes, ejusmodi sententia personam possit dari dari à Cambio, & facere le licet non recipiat supra est datori, & coheret illi in Cambio, che saram rimborsari da chi haver à preso i danari, & Pius. Qui approbat quidem Cambium, & recambium, sed nihil statuit de modo cambiendi, sive de primo, de secundo, sive de tertio paulo ante à nobis indicato, id enim reliquit Theologis decernendum.

16. Quoad Doctores, sufficiat afferre verba tituli, qui magis apparenter alicui videri possent esse contrarios. Primum quasi agmen ducens sit Lellius lib. 2. cap. 23. num. 61. Verum ejus verba sunt hujusmodi: Si hoc Cambium esset injustum, id ideo esset quia Campforius non habet pecunias in eo loco. At sufficit, si habeat in credito quod Amicum, qui casibi det mutuo, vel ad Cambium, & docet Navarrus, Hæc ille. Notas? In credito, quod Amicum, qui casibi det mutuo, nunquam verò dicit, non dem credito.

17. Secundò, solet citari Marcus Serræ, 2. de 2. 2. 77. art. 4. At ipse sic habet: Probabile est, licet non est Cambium quod dirigatur ad locum, ubi Campforius, nec alius propter nam, nec fidem, nec Correspondentem aut Procuratorem habet, sed Campfor exhibet Campforium suum. Fallitur, quia ibi respondet, & solvat ex pecuniis ipsius Campforis postea eandem pecuniam per aliud Cambium remittit.

Vides? Nihil de nostro casu circa illud unum creditum, nam ex pecuniis ipsius Campforis, dicitur quod primus cambiendi modus allatus, & approbatus à nobis num. 1. non verò dicit ex illo solo credito, qui est totus cambiendi modus, à nobis num. 7. reprobatus.

18. Tertio, citant aliqui Dianam p. 1. r. 8. ref. 1. & 2. r. 8. ref. 67. Sed ejus verba dicta primæ partis, sic leguntur: Si Campfor mittat literas ad proprium Fallorem, quibus mediantibus, ex pecunia sua, vel aliena Fallor dicit Cambium ab ipso Fallore collatum persolvat, debet illi per literas ad eundem Fallorem remissio, cum non licet eadem Campfori, ut ex sua propria pecunia illud finiat persolvatur? Hæc ibi.

Deinde verò in dicta p. 9. loc. citat. eandem Dianam ita confirmat, ut priorius nihil aliud addat præterea proponit enim in hunc modum: An licitum sit Cambium quando Responder ex pecuniis ipsius Campforis campfor primum Cambium, modo quo dictum est in prima parte. Et sic respondet: Negativam sententiam probabilem esse existimavi loc. cit. & consulendam: affirmativam tamen probabilem esse dixi. Hæc ille. In quibus locis nihil de casu, de quo nos loquimur.

19. Dices, ergo Diana p. 1. r. 8. ref. 3. sibi ipsi respondet, nam alibi docet, Correspondentem campfori posse esse pauperimum. Si ergo potest esse pauperimum, nihil aliud habebit, nisi unum illud creditum campforis, quo scilicet totum hoc negotium expedirendum sit.

20. Respondeo, Dianam sibi non esse repugnante, nam statim addit: Diu modo substantialiter prædicta Cambium talis Correspondens efficit, literasque mittat, & alia verba, quæ faciunt, At supra, tanquam necessarium posuit, ut Campfor respondens saltem pecunia Campforis, vel ab altero mutuo respondens saltem cambium; quo pacto videtur, ipsius Campfori, solvat primum cambium; quo pacto pauperimum, non respondens posse esse campfore pauperimum, non propria, sed aliena pecunia (at certe nunquam ex uno credito) extinguere primum Cambium potest.

21. Hæc pauca sufficiunt, ut diligenter advertas, hanc Theologum qui questionum apices non conobscure nec accurate distinguit, facile labi, dum; quod non

legit probabile, confundit cum alio, quod ejusmodi fortasse non est. Id timeo, ne occurrat in Tractatu de Cambiis, nam dum legis, multos Auctores citati pro approbationibus cambium ad Numulinas expediendum à Correspondente campforis, etiam pauperis, putas, citari item pro eo casu, quo non nisi per illud unum creditum ejusdem campforis, modo à nobis explicato, & rejecto, expeditur. Prudentius igitur Delugo loco citato, cum aliquos Doctores affectat approbantes ejusmodi cambium, signatè notat num. 77. illos docere, esse id licitum cum aliquibus moderatioribus, inter quas prof. Etò hæc, de qua hæctenus disputavimus, præcipuum locum tenere debet, ut scilicet habeatur alia pecunia, sive realiter, sive æquivalenter, præter ipsum unum creditum, quod est contra campforium.

§. V. Praxis, quoad eos, qui sumunt operâ alterius, ad expedienda Cambia, & Recambia.

1. Posita jam nostra sententia, practicè omnino suscipienda, sic, claritatis gratia, quotidianum casum proponamus, & dissolvamus.

2. Vidua, vel quilibet non Mercator dat viro indigenti, verbi gratià Caio, centum aureos ad Cambium, sive Neapoli, sive Placentiâ, sive alibi solvendum; & quia neuter habet ibi Correspondentem, confugiunt ad hominem, verbi gratià, nomine Antonium, hic Patronum existentem, qui habet in illis locis Correspondentem, seu Procuratorem nomine Scium, & rogant, ut ipse Antonius acceptet, dirigatque dicti cambii negotium. Annuit Antonius, format literas juxta formulas cambii, & mittit ad suum dictum Correspondentem Scium, idque nomine Viduæ, & Caii prædictorum sic volentium, qui Scius acceptat, solvit, remittitque Recambium. Tunc autem, tum Antonius, tum Scius licet pro suis laboribus confectas acquirunt Provisiones. Potestne igitur sine injustitia, vel peccato adiri prædictus Antonius quicunque tandem in sit; & quemcumque habeat Correspondentem?

3. Respondeo, esse bene ex prædictis distinguendum. Si enim Antonius, ejusque Correspondens sint viri locupletes vel qui habeant alia contra alios credita, licet, & justè ad eorum operam confugietur: sed injustè, & illicitè, si sint ita pauperes, ut non habeant alia credita, de quibus disponere possint, nisi illud illius Viduæ. Ratio ex proximè allatis ducenda est. Nam, si habent pecuniam, vel alia credita, potest Correspondens in primo cambio, & Antonius in Recambio, vel Recambiis (quæ subinde solent continuatè fieri) mutare pecuniam Caio, vel eandem dare ad Cambium eidem Caio. Potest, inquam, & de facto; licet enim id à Mercatoribus explicite non advertatur, cum tamen ipsi habeant intentionem expediendi cambia, meliori modo, quo licet possint, tacitè mutant, vel dant ad cambium, quando pecuniam, vel illa alia credita habentes, transferunt credita; & debita in libros rationum dari, & accepti. Verum, si dictus Antonius, ejusque Correspondens, nec pecuniam habent, nec prædicta alia credita, non possunt, nisi illud unicum creditum, quod habent, vendere, vel dare mutuum ipsi debitori Caio vel ejus Procuratori, quod tamen non est aptum, ad extinguendum primum cambium jam §. præcedente, probatum est.

4. Quod si ponas, Antonium pauperem, & omnino ineptum, sed Scium Correspondentem divitem, seu modo dicto idoneum ad solvendum cambium, tunc dico, posse justè, & licet fieri primum cambium, quod extinguere debet Scius, qui habet unde, sed non posse justè, & licet fieri Recambium, quod debet extinguere Antonius, qui supponitur non habere, unde solvat.

5. Quoniam ergo; in nostris Regionibus, ex illis qui hoc officium continuandi cambia exercent, aliqui

sunt locupletes, qualis sunt Mercatores satis à nobis cogniti, qui mercaturam exercent, unde, & præsumuntur habere alibi Correspondentes, qui, vel ex se, vel ex ipsorum Mercatorum bonis apti sint; Aliqui vero sint satis pauperes, qui contra, præsumuntur, non nisi sibi similes habere Correspondentes, idcirco ego semper consilium dedi, ut probi Negotiatores ad Mercatores illos locupletes confugerent, solitas ipsis dantes provisiones pro tali continuatione, semper enim judicavi, illicitè, atque adeo cum æquæ restitutionis recurri ad pauperes illos Continuatores, sique propter rationem jam dictam quia sicuti Mercatores illi præsumuntur habere pecuniam aliam, vel alia credita, sic hi pauperes non habere, præsumuntur. Hinc etiam sequitur, ut pauperes hi Continuatores non possint justè accipere provisiones, cum nullam operam utilem exhibeant, dum ad nullum cambium reale, vel solvendum, vel finitum concurrunt; Vt interius tacam non semel contragisse, hos Continuatores infimè note, ne literas missis quidem, sed ad suum arbitrium domi conscripseris, quas volueris; quia ratione illud cambium sicum, & usurarium fuisse vel cæcis videt.

6. Atque ex his etiam cognita nobis erit praxis, quam hæc declarandam non multò ante §. 1. art. 26. promisi, qua ratione scilicet se gerat Vidua, & quicumque homo non magnæ literaturæ, qui non cognoscunt tot conditiones, quot in cambio justo intercurrere debent. Dico enim prudentes, & sine rationabili scrupulo hos, posse dare cambium Mercatoribus locupletibus, nec manifestè malis, qui sub sua cura recipiunt expedire ea, quæ sunt necessaria ad Cambium, & Recambium; & de hoc modo dicam clariùs, §. 7.

Dico item, te posse dare ad cambium, cuiuslibet, confugiendo tamen promittendis, remittendis, que litteris, non quidem ad illos inopes Continuatores, sed ad prædictos Mercatores, qui hæc negotia cambiorum exercere solent quia sic prudenter præsumere potes, hos, ut expertos non errare, & ut bonos, nolle facere in conditionibus necessariò ponendis, ac denique, ut divites habere, unde cambia prædictis duobus illis modis licitis solvant.

Dico: Delictum nunquam est præsumendum, ergo cur ego d. beam præsumere illos, quamvis inopes continuatores delinquere, & injustam praxim solvendi cambia exercere; judicabo bonos, & bona fide ad eos, eorumque correspondentes confugiam.

7. Resp. Delictum nunquam est præsumendum, ut hominè ad aliquam praxim condemnem. At ut m. x. conscientie consulam, & ut certè & justo titulo lucrum ex alienis pecuniis accipiam, debeo non sub dubio, sed certò iustitiam cognoscere, quæ certitudo hic, spectata illorum inopia, non adest. Et quidem magni momenti est prædicta ratio; non enim ego possum (ut alibi fusiùs dictum est) mihi sumere rem certò alienam ab alio poss. Nam si debitem esse meam, quia illi faveret poss. Igitur ego, neque ego possu lucrum ex pecunia, quæ alius certò, ut suam possidet mihi sumere, prætextu cambii, de quo dubito, an sit verum, & justum, atque adeo, an adit mihi verus titulus sumendi.

8. Respondeo secundo, delictum non esse præsumendum in dubio, & quando non adest evidens conjectura delicti, at nunc videor satis prudenter dubitare, spectata paupertate dictorum continuatorum, ipsos alia credita non habere, de quibus disponere possint.

9. Dico (de quo disponere possint) nam etiam si habeant credita aliorum, qui pari modo ad ipsos confugiunt, si tamen eorum creditorum ipsi non sunt Domini, nec à Domino liberam habent potestatem de iis disponendi; quia ratione ea credita valent aliis vendi, vel dari, certè nulliter dat. Utur. Quod si ejusmodi correspondentes, quamvis pauperes de prædictis aliorum creditis disponere ex Dominorum voluntate possint (quod in his pauperibus non est præsumendum) jam non est. mus in casu, nec enim jam alia credita haberent, quæ dare possent ad cambium, vel mutare, &c.

10. Denique propter hæc, & similia viri timorati tantum illud consilium dant, ut in contractu Cambii, qui

solet coram Notario celebrari, semper scribatur nominatum persona, quae officium agit Correspondentis, & in casu mutationis, ut Campfor obligetur mutationem Campfario notam facere, aliumque qui supponitur, nominare; nam hoc modo facile cognoscetur, an is aptus sit, ad praedictas necessarias translationes dati, & accepti, de quibus dictum est, peragendas.

§. I. De pactis, quae solent apponi in contractu Cambii.

Pactum de pena ex Mora.

1. Primum pactum solet esse, ut si Campfarius sit in Mora solvendi Cambium; idque sua culpa, teneatur solvere Campfiori interesse lucris cessantis, & damni emergentis iuxta legittimas regulas ejusmodi lucris, & damni. Quaes igitur, an licitum sit ejusmodi pactum?

Respondeo, esse licitum, ex *Less. l. 2. c. 23. n. 69.* quia Campfor ex culpa aliena damnum pati non debet. Adverte tamen id, quod *supra*, hoc eodem c. 5. §. 1. num. 17. monui, jam nunc id esse consuetum in praxi, ut Campfor ex conventionione cum Campfario suscipiat apud se curam solvendi, & finiendi Cambium, quare, hac conventionione posita, nihil ex praedicta Mora debetur Campfiori, quia nulla culpa est in Campfario.

Pactum de obligatione ad recambiendum.

2. Secundum pactum esse solet, ut, si elapso tempore solutionis, campfarius sua culpa non solvit in loco condito, quod debet, obligetur ad recambiendum, id est, ad accipiendam eandem summam ad Recambium, qua summa solvit primum cambium. Quaes igitur, an id pactum sit justum?

Respondeo, esse justum, si ex ejusmodi Recambio campfor tantum habeat, quantum verè ex Mora solvendi, ipsi cessat de lucro; sed si justum non esset, quia esset onus superadditum. Ita *Less. loc. cit. n. 38.* Recole tamen, iterum, conventionem, quam modò recolui *num. precedente*, qua scilicet campfor suscipit sibi obligationem ad curandum de Recambio.

Pactum de continuando Cambio.

3. Tertium pactum esse solet, ut postquam literae à Correspondente redeunt, Placentia, v. g. Panonium cum Recambio, si campfarius pecuniam debitam numerato Panonni non solvat, intelligatur iterum fieri tertium Recambium, & sic continuare, &c. Quaes igitur, an hoc pactum sit justum?

Respondeo, justum esse pactum, si fiat de lucro, quantum campfiori cessat, vel quantum eidem emergit de damno, quantum nimirum acquisivisset, si alteri dedisset suam pecuniam ad cambium, vel deductis deducendis, alias negotiationes inivisset. Campfor enim non debet suis lucris privari ex culpa Campfarii.

Dices: Ergo numquam haec executio haberi poterit, & recuperari suum à campfore, quia semper campfarius dicit, se bene satisfacere per novum cambium. Respondeo. Nego consequentiam. Nam ut colligis ex dictis §. 2. Campfor libere celebrat novum cambium, quare poterit illud non celebrare, & consequenter Recambium non facere, & sic poterit cogere campfarium ad reddendum numerato capitale, & lucrum inde acquisitum.

Pactum de solvendo in eodem loco.

4. Quartum consuevit esse, ut non solvatur cambium in loco, ubi destinatur solutio, sed omnino in eodem loco, ubi datur, v. g. in exemplis *supra* positis, non Placentiae, sed Panormi. Quaes igitur, an hoc pactum sit justum?

Respondeo, hoc pactum nimis clare esse iniquum, quia destruit naturam contractus cambii, ut satis dictum est

supra c. 4. §. 2. n. 7. & hoc c. 5. §. 1. n. 14. quod tamen quod in proprio loco hic, ubi de pactis agitur, fuit minus recolendum.

Pactum, ut pars soluta intelligatur de lucro.

5. Quintum pactum, ut non obligetur idem campfor sumere partem pecuniae, quam campfarius forte datur campfiori, computando in capitale, sed possit dicta cambiorum computare in lucra capitalis, seu cambii, donec omnia lucra solvantur. Quaes ergo, an hoc pactum sit justum?

Respondeo affirmativè, quia quando debetur lucrum ex fructibus ex radice procedentes, solutio prior debetur fructibus, & pro fructibus, *Leg. prima, C. de Solutionibus*, iuxta etiam ejusmodi pactum non fieret explicitè, tamen licet ex praxi communi, jam implicitè fieri semper illud intelligitur, ut notat Delugo *ad d. de Inst. n. 16.*

Pactum de adjiciendo lucrum Sorti.

6. Sextum pactum esse solet, ut donec te ipsam numerata pecunia solvatur totum capitale, & lucra capitalis secundi cambii, quod campfarius, seu ejus Procurator accipit à campfore, vel ejus Procuratore possit addere non solum ex summa, quam campfarius accipit ad hoc, ubi primum capbium institutum est, sed etiam ex lucro talis cambii, & rursus, ut in tertio cambio idem capitale idem in quarto, & sic deinceps, uno verbo, ut dependatur lucrum sorti, donec, ut dixi, totum capitale, & lucra omnia numerata solvantur. Quaes igitur, an hoc pactum licitum sit?

7. Respondeo, licitum esse, ut habet Delugo, l. ex. n. quia jam lucrum cedit campfiori, qui campfor pactum hoc constare summam capitalis ad idem libitum, & sic aliis dare ad cambium, quare non est ratio, cur non possit, simili modo, dare huic Campfario. Illud adverte, si non procedere, si ab initio pactum institutum fuerit, solveretur interesse, & lucrum totum in fine totius cambii, tunc enim, cum nondum ejusmodi lucrum esset acquisitum campfiori, non posset ipse illud adjicere fortasse, ut patet, & idem Delugo notat *loco cit.* & distinctus n. 11.

Pactum de solvendo Provisionibus.

8. Septimum pactum esse solet, ut campfarius solvat Provisiones. Quaes igitur, an hoc pactum sit justum?

Respondeo: Si pactum fiat, ut campfarius solvat, quae debet ex opera, quam correspondens, vel quilibet alius suscipit pro ipso campfario, aequum est pactum patet. At iniquum erit, si fiat, ut idem campfarius obligetur solvere operam, quam dictus correspondens, vel quilibet alius suscipit pro campfore; hanc enim correspondens exigit ab eodem campfore, cui servit, & alio stipendium non habet, non à campfario. In quatuordecim videtur correspondens suscipere laborem, & operam in gratiam campfarii, pro quibus dictus correspondens poterit suas provisiones legitime taxatas, vel tunc ipsi approbatas à campfario, accipere: Primum, quando ratione campfarii acceptat ejus literas Placentiae.

Secundò, quando quartis, & invenit pecuniam ibi ad secundum cambium, ut primum solvat.

Tertiò, quando illud solvit. Quartò, quando literas ad campfarium remittit Panonium. Porro, cujus provisiones sint haec provisiones, diximus *supra* §. 3. num. 5. & hoc potest *Lessius*, l. 2. cap. 23. numero 55, qui pro mutis variorum locorum varia esse ejusmodi pretia etiam demonstrat.

Pactum de executione in personam, & bona Campfarii.

9. Octavum pactum solet fieri, ut si non solvat campfarius id, quod debet, intelligatur, non solum fieri novum cambium, & continuari Recambia, ut modò

num. 3. dictum est, sed etiam, ut possit idem campfor in campfarii personam, ejusque bona legitime executionem exercere, vel curare, ut in carcere conjiciatur, &c. Id certe Notarii solent ea clausula notare: *Et currentibus, vel non currentibus Cambiis, possit nihilominus is, qui dedit premium cogere recipientem ea sando executionem contra ipsum vel eum cavendo, &c.* Quare ergo, an hoc pactum sit iustum?

Respondeo, clarissime injustum esse pactum. Ratio est, quia, si currunt cambia, & Recambia, iam campfor est per illa satisfactus: per Recambium enim solvitur cambium praecedens, & per Recambium secundum satisficit Recambio primo, & sic de ceteris fortè consequentibus. Qua igitur iustitia campfor iam satisfactus poterit pro soluto debito campfarii compellere?

Pactum de dando Pignore.

10. Nonnum pactum solet celebrari, ut campfarius det Pignus, vel Fid. iustorem, vel utrumque. Quare ergo, an id sit iustum?

Respondeo. Pactum hoc esse licitum, ac iustum, memini me dixisse *superius*, quia quilibet suum negotium, exercere, quam securissime potest. Iud. in tamen monui, injustum esse, si tunc velit campfor lucrari aliquid titulo periculi, quando enim pignus habet, periculo non substat, unde ergo ex hoc capite aliquid poterit exigere? In hoc igitur casu, quando accipit pignus, vel similem certam securitatem, ex aliis titulis lucrum accipere poterit, ut *ibidem* dictum est. Si campfor nolit pignus, sed ipse assureat, accipiendo in se periculum, ut item, si apud Correspondentem fidejubeat pro campfario, aliquid posse recipere, innumus etiam *superius*, & videri potest Delugo d. 28. de *Iust.* a. n. 124.

Pactum de pretio lucri.

11. Decimum pactum solet esse, ut detur lucrum cambi ad pretium fori, quod currit tempore solutionis, non verò ad pretium, quod fortè tunc currit, quando datur pecunia. Quare igitur, an id sit iustum?

Respondeo, si res est incerta pro aequali periculo campfarii, & campforis, dubium scilicet sit, an pretium de crescendo, an crescendo sit, iustum esse pactum, quia par periculum; at, si certò sciatur de incremento, vel decremento, vel totum pactum sit in favorem campforis, injustum esset, quia tunc, vel esset iustitia pro alterutra parte, vel, nimis supra meritum, favoretur campfori.

Pactum de accipiendo Correspondente.

12. Undecimum denique est, ut Campfarius obligetur acceptare pro suo Correspondente eundem, qui est Correspondens campforis, sed de hoc dictum est satis *sup.* §. 2. n. 3. & §. 3. n. 4.

§. VII. De Vsu cambiendi per alium.

1. **D**uplici id modo consuevit usurpari; Primum, si tu, quicumque sis, sive vidua, sive pupillus, uno verbo non Mercator, des immediatè tuas pecunias ad cambium alicui item non Mercatori, & ex utriusque consensu conveniat is, sive Mercatorem alicquem, sive continuatorem, ut *supra* vocavimus, cambiorem, qui vobis provideat de Correspondente in loco distanti, in quo solvendum est cambium. Correspondens verò acceptet, scribat, omniaque absolvat, & de hoc modo sufficenter diximus §. 5. n. 6.

Secundo, si tu quicumque item sis, des Titio Mercatori, seu campfori tuas pecunias, ut ipse, cum tuo moderato lucro, & suis consuetis pensionibus, illas tradat ad cambium fortè perentibus: quare tu nihil agas,

sed solum contritus pecuniam; ipse autem Mercator tanquam tuus locus, cambia, & recambia instituat, finiatque. De hoc posteriore modo hinc breviter age d. in *crit.*

2. Dico primum. Certum est (sunt verba Delugo, d. 28. de *Iust.* num. 130.) peccare eos, qui dant pecunias suas Campforibus, ut lucentur per cambia, & participant de lucro, si sciant, vel timeant, Campforem daturum esse ad cambia illicita, & usuraria, secus, quando cedunt non nisi ad cambia licita daturum. Hæc ille. Nota illud (si timeant) utique rationabiliter; id, quod confirmat ea, quæ dicta sunt paulò antè §. 5. de cambientibus per pauperes illos continuatores, &c. Posita autem idoneitate Mercatoris.

3. Dico secundò. Ut facilius tuum etiam determinatum lucrum sine scrupulo, & certò habeas, quando per socium, quasi per mediatorem, exercere vis cambium, securus erit modus, si cum dicto Mercatore tres contractus (qui possunt sanè fieri, sive in una, sive in pluribus scripturis) meas: In primò celebres contractum Societatis, in quo tu te obligas tantam pecuniam exponere, ille suam industriam conferet de hoc contractu Societatis suo loco latè agemus *inferius*. In secundo, ille se obliget, ad assurendum tibi capitale. In tertio, ille idem se obliget, ad assurendum tibi aliquod moderatum lucrum, pro his tamen oneribus in secundo, & tertio contractu impositis Mercatori, dabis ipsi aliquam moderatam mercedem. Ex figuratione casus res fiet clarior. Tu centum, v. g. aureos exponis Societati, Mercator, seu locus promittit, se eos negotiatorum per annum, dando illos ad legitima cambia, & recambia. Suppone autem, quod Iudicio prudentis viri in prædictis recambis sint acquirendi ex lucro, aurei triginta, rectè ex vi primi contractus, qui est pure Societatis, ex hoc lucro tibi cedunt quindecim aurei, quindecim verò cedent Mercatori socio. At verò pro secundo, & tertio contractu, per quos Mercator tibi assureat dictum capitale centum aureorum, & aliquod determinatum lucrum: debet idem Mercator aliquid habere pro hac assurectione, quam pro te suscipit. Habeat ergo aureos quinque, quos retinebit sibi ex lucro quindecim aureorum, qui tibi cedere debebant ex vi primi contractus Societatis, nam hinc fiet, ut tu denique habeas securum tuum capitale, & aureos decem de lucro; ille verò habeat aureos viginti.

4. Hunc modum negotiandi esse licitum, ex eo patet quod singuli illi contractus, seorsim celebrati liciti sunt, ergo, etiam, & unitim, quia unio non mutat, unde, nec vitiat naturam contractus, ut fufius probabitur in citato *T. actatu de contractu Societatis*.

5. Quod autem etiam hinc possit accipi in maiorem tuam securitatem pignus, probat eadem ratio, quam *supra* §. 6. num. 10 diximus, & in hoc casu, de quo hinc loquimur signatè, concedit Delugo *disp.* 30. de *Iust.* num. 51.

6. Præterea, quantum sit hoc lucrum, quod tibi tandem cedere debeat, melius Mercatores sine fraude negotiantes decernere debent omnibus circumstantiis expensis, quam possimus nos Theologi. Et meritò quidem Molina 307. allatus à Delugo d. 28. de *Iust.* n. 5. notavit, in his negotiis stari debere praxi Mercatorum, quia melius ipsi noverunt iustitiam pretii in Cambio, quam Theologi. Maxime autem ad id decernendum, valet, si utriusque Socio commodum sit in tali negotiatione tale pretium. Nam illa est æstimatio recta (ait in simili Valentia *c. 3. d. 5. q. 2. s. v. 2. v. Qui autem*) quæ est prudens, & ea est prudentia, quæ utrique parti commoda est. Intellige, in negotiatione dicta ex se iusta.

Denique quatuor consideranda hinc esse, præter Regulas generales, ad determinandum ab ipsis Mercatoribus dictum lucrum ex cambio, rectè admonent Theologi.

7. Primum, ut assurectio capitalis non debeat magni, sed moderatè æstimari. Ratio est, quia Mercator

B b 4 non

